



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xliii. De presbytero non baptisato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De pres. non bapt. & de cust. &c.

crificassint, quasi inquinata, lauant. Si quis fa-
xit: excommunicatione percussus ab omni offi-
cio & beneficio ecclesiastico deponitor.

De presbytero non baptifato. Tit. 43.

2. *Apo-
stolicam.* **P**RESBYTERVM, si in sanctæ matris eccle-
siæ fide, & nominis Christi exomologesi
perseuerans etiam sine baptismatis vnda obie-
rit, ab originis peccato solutum, & cœlestis pa-
triæ gaudium indeptum credere pium esto. Pro-
eo in ecclesiâ iuges preces ac sacrificia deo optu-
mo maximo offerre liceto.

3. *Veniens* Qui enim Christianis parentibus natus, &
inter Christianos conuersatus erit, quasi bap-
tifatus fiet violenta hæc præsumptio, donec con-
trarium euidentissimis argumentis probatum
erit, pro veritate esto. Qui verò ad ordines bap-
tismo non suscepto promotus erit, post bap-
tifatus per singulos ordines ad sacerdotium vsque
promouetur. quod, an factum fiet, ambigetur,
iteratum ne intellegitor.

1. *Si quis.* Itaque statim ac quis presbyter ordinatus se
non esse baptifatum deprenderit, baptifator. sic
iterum ordinator.

*De Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, &
aliorum Sacramentorum. Tit. 44.*

1. *Statui-
mus.* **I**N cunctis ecclesiis Chrisma, & Eucharistia sub
fideli custodia clauibus adhibitis conseruan-
tor. Is ad quem custodia spectabit, si ea incaute